



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

25. Dom. V. post Pascha. Orandum Patrem. Io. 16

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

34 MEDITATIONES IN

Ium scipsum totum, id est, corpus, animam
& sanguinem, sed etiam spiritum sanctum
suum promittat, misurum tecum in æter-
num, ne erres, vel labaris.

Vocem
secund.

DOMIN. V. POST PASCHA.

Orandum esse Patrem. Ioan. 16.

A. Iesus dixit discipulis (Amen, amen dico vobis, si quid perieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.) Considera, quantopere Christus exoptet colloquiū hominis spirituale, quod sit per orationem, sic ut & præmiū promittat cū maxima assueratione, nempe se daturum quicquid petitur. Longe aliis est mos Principum huius seculi, qui ad colloquium suum non solum alios non invitant, sed neminem ad illud admittunt, nisi diuites, & quidē ab aliis multis rogati. Argue & tuam cœxitatem, quod pluris facias saepè colloquium cum Principe terreno, quam cum cœlesti.

B. Perite & accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum. Considera hinc colligi, quid pertendit sit tibi à Deo, nempe unde haurire possis gaudium plenum & perfectum. cum ergo gaudium perfectum & solidum nō sit in bonis huius mundi, diuitiis, honoribus,

volu-

N
nimam
nctum
næter-

CHA.
6.

ico vo-
ne meo,
e Chri-
ritua-
ræmiū
, nem-
nge a-
qui ad
on in-
ttunt,
roga-
ris fa-
terre-

efrum
id pe-
aurire
cum
nō sic
tibus,
volu-

DOMINIC. TOTIVS ANNI. 55

voluptatibus aliisq; caducis rebus & tem-
poralibus vtiq; petenda non sunt, sed tan-
tum bona æterna, hoc est, salus nostra, &
quæ ad illa nos deducunt, vt Dei gratia,
solide virtutes, humilitas, caritas, patiætia,
&c. aliaq; excellætia dona: dedecore enim
afficit magnum Principem, qui exigua do-
na ab eo postulat.

In illo die in nomine meo petetis: & non 3:
dico vobis quia ego rogabo Patrem de vobis;
ipse enim Pater amat vos, quia vos me ama-
atis. Considera optimam rationem orandi
esse petere à Patre cœlesti aliquid nomine
Christi, vel per passionem & merita Chri-
sti, quia id indicat his verbis, Patri perinde
esse, ac si Christus ipse pro nobis oraret. 2.
magno solatio nobis esse debere, quod di-
scipuli Christi tam cari sint Patri cœlesti,
vt nec opus habeat oratione Christi in cœ-
lo; licet Christus, vt homo, etiam nunc ibi
interpellet pro nobis, vt docet nō semel A-
postolus Rom.8. & Heb.7. & 9 imò S Ioan.
1. epist. c. 2. vocat eum aduocatum nostrum.

IN FESTO ASCENSIONIS.

Marc. 16.

Christus recubentib. undecim discipulis ex I.
probrat incredulitatem, mittit in totum orbem

D 4 ad